



**Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica**

Ab Anno Christi 1276 Usque Ad Annum 1312

**Fleury, Claude**

**August. Vind. [u.a.], 1766**

**VD18 90118251**

§. 66. Templum Lateranense datur Canonicis secularibus.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-67012](https://nbn-resolving.de/urn:nbn:de:hbz:466:1-67012)

**Sæcul. XIII.** renunciavit suum Vicarium ad exercenda Romæ munia episcopalia, licet ibi adesset Papa: & novus Archiepiscopus

A. C. 1299. has dignitates non diu tenuit, utpote Romæ eodem anno extictus. Joannem

Vading. Samosium ejusdem Ordinis ibi præfatum expiationibus, & ad varias legatio-

1298. n. 4. nes adhibitum, dein anno 1298 sedi Rhé-

Reg. p. 237. donensi impositum, hoc anno 1299 Pa-

pam ad Lexovinam transtulit, postquam Collegii electionem confirmaverat.

litteras dabant 3 Febr. Hæc exempla do-

cent, quanto in pretio fuerint hi duo Or-

dines Prædicatorum Minorumque.

### §. LXVI.

*Templum Lateranense datur Canoni-*

*cis secularibus.*

**Sed** Canonicos Regulares haud magni-  
ducebat Papa Bonifacius, quippe quibus ademit patriarchale templum Latera-

nense, & Canonicos seculares substituit.

**Sup. lib. 61.** Abhinc annis ducentis triginta Papa A-

lexander II hos Canonicos Regulares in-

stituerat, cum concilium an. 1063 Roma

habitum decrevisset, ut Sacerdotes ac

Diaconi viverent communiter, & sine bo-

nis propriis. A templo suo capturus ini-

tium, eo Canonicos Regulares immisit

Luca, cuius Episcopus fuerat, e cœnobo

S. Frigidiani accitos. Atque hæc insti-

utie

tutio eum habuit successum, ut se in mul- Sæcul.XIII.  
tas Italiæ urbes extenderet, ubi se Cano- A.C. 1299.  
nicorum Regularium Collegia ergebant  
in congregationem conjuncta, cuius ca-  
put erat Lateranense.

Nihilo tamen minus Bonifacius VIII Rayn. 1299.  
2 Sept. an. 1299 litteras edidit, in quibus n. 33.  
ait: Postquam hujus basilicæ Canonico-  
rum Regularium vitam non regularem,  
& in tuendis juribus suis infirmitatem  
consideravimus, hanc Ecclesiam instaura-  
ri nisi per Clericos seculares haud posse  
censuimus, cum solennium votorum reli-  
gio ab ambiendo ejus sinu abterreat vi-  
ros potentes ac litteratos, defendendis  
eiusdem bonis & juribus, eique splendo-  
rem pristinum reddendo idoneos. Qua-  
propter habita cum nostris Fratribus de-  
liberatione, de consilio eorum præcepi-  
mus, ut Lateranensem basilicam Clerici  
seculares perpetuo teneant; & amotis  
Canonicis Regularibus, qui eam habue-  
rant, quindecim viros selectos ut Canoni-  
cos illuc introduximus. Hæc illorum  
suppressio totam mox congregationem  
dissolvit.

### §. LXVII.

#### Concilium Rothomagense.

Novus Episcopus Lexoviensis Joannes  
Samosius adfuit concilio Rothoma-  
genfi,

F f 2